

2.
/.
/.
2.
3
/.
/.
/.
2.



DISSERTATIO JURIDICA,
*Ex propositâ memorabili facti specie desumpta,
atque ex principiis naturalibus atque civilibus per rationes
dubitandi & decidendi decisa,*

~~111.~~
111.

18

1668, 3.

Von der

**Fürladung vor Gottes
Gericht in Bürger- und Peinlichen
Sachen.**

Quam

D. O. M. P. S

Sub PRÆSIDIO.

Viri Nobilissimi, Clarissimi,

Consultissimi,

**D. N. ARNOLDI
MAURICII HOLTERMANNI,**

J. U. D. Consilarii Hassiaci & Institutionum
Imperialium PROFESSORIS
Ordinarii, &c.

*In Auditorio ICtorum ad diem 3. April. horis solitis
Publico eruditorum examini subijcit,*

JUSTINUS Meziger/ Cassellanus Hassus.


os (o) so

MARBURGI CATTORUM,

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. LXVIII.

9





*Magnifico, Prenobilissimo,
Præstrenuo*

DOMINO,

**DN. JOHANNI
HENRICO à DAVBER,
JURECONSULTO FAMIGERA-
TISSIMO, SERENISSIMÆ DOMUS HAS-
SO CASSELLANÆ CONSILIARIO STATUS ET
INTIMO ET UTRIUSQUE REGIMINIS CIVILIS
ET ACADEMICI PROCANCELLARIO MERL-
TISSIMO, PATRONO SUO MAGNO ET
OBSERVANDISSIMO ÆTERNUM AP-
PRIME COLENDO.**

*Hoc tyrocinium publicum favoris &
promotionis incitamentum submis-
scribit & offert*

JUSTINUS Mehiger.



☼ (3) ☼



I. N. D. N. I. C.

FACTI SPECIES,

Desumpta ex memorabili Historia.



In Richter mit Nahmen N. mit seinen
Schöppen A. B. C. D. etc. hat einen Lands-
knecht W. Wegen einer angeklagten
mordthat fälschlich zum Tode verdammet:
von und wegen dieser Urtheil hat der arme be-
trübte Landsknecht als er sterben müssen/
appellirt und jene ungerechte Richter und Schöppen / für das
jüngste Gericht und wie seine Worte lauten / ins Thal Josaphat
geladen / welches sie aber verspottet und verlachtet: Ehe aber
ein Jahr vorbei gangen / giengen ihrer vier schrecklich das
hin: A. ward vom Donner erschlagen. B. in einer Zecher ersto-
chen. C. Wegen eines Diebstals gehenckt: D. aber / ward
schwerlich Kranck / vnd da er sterben solte / sagte Er: Was säu-
mest du und verzeuchstu Sathan/meine Seele/hinweg zu führen/
dir habe ich treulich gedienet/derohalben bin ich auch dahin/ Ach
daß ich soll mit dem Landsknecht im Thal Josaphat vor Ger-
richt

A 2

richt

lieht stehen/wie gern wolte ich des überhaben sein/Dann da würde ein schrecklich Urtheil über und wieder mich gestellet und gefället werden:entstehet derhalben allhier die Frage / was vonder Fürladung vor Gottes Gericht in Bürger vnd Peinlichen Sachen zu halten? oder /

An si quis à Iudice vel Magistratu in causis civilibus vel criminalibus ius obtinere nequeat, aut alioquin opibus atque fortunis injustè exuatur, partem adversam vel Iudicem aut utrumq; ad supremi Numinis Iudicium statò comparendi die, licitè vocare possit?

RESOLUTIO QUÆSTIONIS.

Qui causam decidere & iudicare vult, ante sententiam cuncta rimari & rerum ordinem plena oportet discutere inquisitione *c. iudicantem 3. q. 5. c. super questionum. §. intentionis. de off. delegat. Castr. cons. 295. Grammat. decis. 34. n. 2.* disputando enim eruitur veritas; hæc quanto magis oppugnatur, tanto clarior expulsis nebulis in lucem progreditur, sicuti magis redolent aromata, quando conteruntur. Ita & in gravissimâ hac quæstione contraria juxta se ponam, & ex collatione eorum viam veritati argumentis & rationibus in utramque partem veluti ferro aperiam.

RATIONES DUBITANDI.

I.

Si hic provocantis atque appellantis intentio fertur in bonum finem, scilicet, ut Iudex peccans aut reus emendetur aut cohibeatur, ut Dei honor, quies aliorum & Justitia conservetur, sequitur quod æquè hæc sit vindicta licita atq; toleranda, ac licitū est vim vi repellere *l. 3 ff. de iust. & iur. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi arm.* quod naturale est & irrationalibus competit, quibus data est vis irascibilis ad propulsandum & repel-

repe-



repellendum nocumenta. *Horat. Dente lupus, cornu taurus pe-
rit, unde? nisi intus monstratum. Cic. in Orat. pro Milone: Hoc
& ratio doctis & necessitas barbaris & mos gentibus & feris na-
tura ipsa prescripsit.* Atque verum prius, etsi in nonnullis ani-
mus ulciscendi concurrat, perinde ut piis serio oraturis & de-
precaturis peccata sua, alienæ incidunt cogitationes. Ergo
& posterius.

II.

Philosophus *lib. 5. Eth. c. 7.* alludit ad nomen Judicum,
appellari ait eos *διχαστὰς* quasi *διχαστὰ ἀδίκη*: quia *dividere, di-
stribuere* tenentur ex æquo unicuique, quod suum est: non iu-
dicare, eo quo ipsi velint modo, aut gratificari parti aut ami-
co, cum verum & justum sit tantum unum respectu ejusdem
objecti, sed prout legibus & moribus proditum est *pr. Inst. de
off. iud. l. 13. C. de sent. & interl. auth. iubemus C. de judic. Nov.
126. c. 1.* ita ut in omni re æquitatis potius quam stricti ratio-
nem habeat iuris. *l. 8. C. de judic.* Iniquus ergo & injustus si
sit, sententia ipsius sicuti vel nulla dicitur, *arg. l. 1. 2. 3. 4. C. si à
non comp. iud. l. 4. C. de sent. & interl. l. 7. Cod. quand. prov.
non est nec. l. 2. C. si ex fals. instr. l. 33 ff. de R. l. l. 75. ff. de jud. l.
19. ff. de appell. l. p. & ult. C. de sent. quæ sin. cert. quant. prof. vel
rescinditur per in integrum restitutionem, per supplicatio-
nem, per appellationem, quæ nil aliud est, quam querela non
acquiescentis iniquæ sententiæ minoris Judicis. *l. 1. ff. de ap-
pell. l. 1. C. de tempor. appell.* ita hæc provocatio etiam extin-
guet sententiam *arg. l. 1. S. ult. ff. de SC. Turp.* constringet
acerbitatem & corriget iniquitatem Judicis istius, qui provo-
catur ad supremum CHRISTI & DEI tribunal. Ergo erit
licita quoque hæc provocatio,*

A 3

III.

III.

Quaecunque potestas constituta est cum reservatione divini Iudicii, ab eius iniqua sententia ad tribunal divinum licite provocari potest: Atque potestas Judicialis constituta est, cum reservatione divini Iudicii: Ergo. Minorem, (verbis Clarissimi *Joh. Seldeni* desumptis ex elegantissimo ejus opere, *de I. N. iuxta discipl. Hebraeo. lib. 7. c. 4.* ubi, posteaquam ostenderat, *Talmudicis*, Iudiciorum nomine venire & Iudicium divinum seu cœleste Tribunal, & humanum, sub quo continentur tam Decreta ex potestate deliberativa atq; constitutiva nata, quam ea quæ Iudiciaria dici solent & dicisiva, sequentia subjicit: *Ita tamen* (judicia humana scilicet sunt constituta, *ut de divino etiam iudicio, præmio ac pœnâ in eo expectando, seu de eo, quod est Deum remuneratorem esse, persuasionem universis hominibus necessariam esse, quantum video, inter ea existimarēt Hebraei &c.*) hac ratione probo: Cujuscunque constitutioni persuasio divini iudicii ac pœnâ iniquitatis expectanda necessario adjungitur, illud cum reservatione divini iudicii constituitur. Atque Iudiciorum humanorum constitutioni persuasio pœnâ in iudicio divine expectanda necessario adjungitur, Ergo humana Iudicia cum iudicii divini reservatione omnino sunt constituta.

IV.

Si potestas Iudicium dependet à Iudicio divino, ab illorum sententia ad divinum Iudicium provocare licebit. *arg. l. i. §. 3. ff. de appell. & Pontifex in c. 66. X. eod. ut & in c. Romana, de appell. in 6.* Atque Iudicem humanorum Potestas dependet à Iudice divino & voluntate Dei *Rom. 13. 12.* Magistratui enim Deus concessit ius vindicandi injurias, non privatis nè Imperium ad *ἀναρχίαν* divertatur: contra hunc quamvis injurium insurgere non licet, Quid ergo solatii reliquum esset miseris,

seris, qui innocentes durissimâ ludicis sententia premuntur, si ad ludicem supremum provocare non esset licitum, apud quem justum est, ait *Apostolus 2. Thessal. 1. 6. vicissim reddere iis qui pios affligunt, afflictionem: & ludex totius terra annon exerceat ius? Gen. 18. v. 25. qui nullo pacto absolvit fontem. Exod. 34. cujus ira patet omnibus è caelo adversus omnem impietatem & iniustiam hominum. Rom. 1. v. 18. 32.*

V.

Si subditi possunt in discrimine gravissimo atque certissimo fortunarum suarum ludici humano vel Magistratui resistere, à sententia ejus iniquâ & fortunas evertente provocare quoque licebit ad supremum Dei Tribunal: legitima enim hæc est argumentandi & consequentiæ ratio, quæ à minori ad majus procedit. Atque possunt subditi in gravissimo & certissimo discrimine fortunarum suarum, resistere Magistratui: hic enim in ordine sub alio superiori ita constituitur, ut ab eo modum, vim atque decus accipiat, non debet ergo ei repugnare: si repugnet & ordinis sui limites egrediatur, auctoritatem & ius suum amittit; *Grot. de I. B. & P. lib. 1. c. 4. §. 7. Leges Dei quanquam generaliter prolata, tacitam habent exceptionem summae necessitatis. Huc pertinet Protestantium responsum in bello Smalcaldico apud Sleidanum de Statu relig. p. 542. Si pactis stetisset, (Cæsar) atq; decretis, nos etiam nostrum eramus officium facturi, sed quoniam ea violavit, & verò præcipua Deo debetur obedientia, sibi ipsi culpam tribuat. Etenim quia religioni, liberati atq; fortunis nostris molitur exitium, causam præbet cur ipsum impugnemus bona conscientia &c. Ergo.*

VI.

Provocationi huic fidem ut adhibeamus facit dictum *Ielis 3. v. 1, 12, 13. Congregabo omnes gentes & deducam eas in convallem*

convallem Iosaphati ut disceptem cum eis ibi pro populo meo: item,
 Excitabuntur & ascendent gentes in convallem Iosaphati, nam ibi
 sedebo ad iudicandum omnes istas gentes undiq³, dicens, immittite
 falculam, nam maturuit messis. In criminalibus iudiciis, in quib⁹
 non agitur de glande legenda, vel aquâ & aquâ pluvia arcen-
 dâ, nec de oleo, vino, tritico legato, sed de HOMINE & vita
 HOMINIS, quē Christus Servator pretiosissimo suo sanguine
 in crucis arâ redemit, nihil imputari potest inculpatis qui ad
 vindictam divinam statō die & hora exercendam provocant,
 cum innocenti nullum aliud remedium hic superfit, nec ulla
 appellatio admittatur in criminalibus. R. I. de anno 1530. s.
 item als ist. verba formalia: So setzen und ordnen wir / daß
 hinfüro in peinlichen Sachen keine appellation angenommen /
 besondern damit nach alten hergebrachten Gebrauch gehalten
 werden soll. O. C. p. 2. tit. 29. s. item / nachdem auch: idque
 ex inveterata Germaniæ consuetudine de qua testantur.
 Gail. 1. Obs. pract. 1. num. 28. lib. 1. de pac. publ. c. ult. in fin. n.
 36. Myns. cent. 2. sing. observ. 98. n. 4. Wesenb. conf. 43. n. 80.
 Ventur. de Valent. in parth. litig. lib. 1. c. 14. n. 24. Ern. Corb-
 man. respons. 7. n. 118.

VII.

Quæ appellatio à supremo Iudice Deo cum effectu re-
 cipitur, illa est licita; Atque in causis criminalibus, quando
 Iudex inferior vel ex errore aut falso testimonio persuasus ad
 ultimum supplicium condemnavit innocentissimum, multo-
 rum constat casuum eventu, appellationem hanc cum effectu
 fuisse receptam: quod etiam admiranda in Historiâ compro-
 bant exempla, quæ videre licet apud Camer. horar. succis. cent.
 3. c. 38. Math. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 189.
 Ioan. Noderman de iure Princip. th. 51. M. Z. Boxborn Historiâ
 unic. p.

unic. p. 824. Bucholz. ind. Chronol. ad annum Christi 1312. Wolff. lect. memorab. & recond. cent. 12. Cent. Magdeburg: VII. c. 6. Major. Tom. 2. dier. canicul. colloq. 2. Gregor. Richter App. Axiom. Histor. reg. 299. Lipsius monit. polit. lib. 2. c. 11. p. 281.

RATIONES DECIDENDI.

Ex allegatis hisce rationibus & argumentis, accuratius atque diligentius tamen perpensis atque examinatis alia mihi longemens est, quam in illorum simpliciter ire sententiam, qui perversitati frenum laxant, qui ob levissimam causam, simulandæ coram hominibus innocentia gratia, statim ad tremendum illud DEI Tribunal temerè se convertunt, & quidem ob sequentes decidendi rationes.

I.

Appellatio est quidem & dicitur litigantium Sacra anchora, remedium ad innocentia præsidium institutum. l. 17. ff. de minor. l. 2. Cod. quor. appell. non recip. Thyriaca contra injustæ sententiæ venenû *Curt. cons. 16. n. 8.* si scilicet non sit evidenter frivola aut calumniosa aut temeraria, qualis fuit istius Advocati, qui cum semper malè appellasset, in agone cum mortis imminentis admoneretur, adhuc vociferabatur, *Appello, appello,* & fato cedens statim divinam & inappellabilem sententiam est expertus. Quoties enim injustè quis in lite appellat injustâ, toties peccat & divinam in se excitat severitatem: rectè *Bernhardus, qui non gravatus appellat, certum est, quod aut gravare intendit, aut tempus redimere.* Ita & appellatio hæc non erit refugium gravatorum sed suffugium calvillantium & antidotum vertetur in venenum, si in causis civilibus imprudenter temerarie execranda & perniciosâ audaciâ ad horrendum illud & Iustissimum Dei Tribunal appropinquare, &

B

re, &



re, & hujus seculi litigia ad alterum propagare seculum non
veretur.

II.

Potestas & auctoritas Magistratus reverenter habenda,
illæsa conservanda. Regna enim & Principatus magnis ex-
posita sunt periculis, quare omnes occasiones solertissimè
præcidendæ, quæ subditorum odia erga Magistratus, & sedi-
tiones incendunt, promovent, excitant: omnis opinio injusti-
tiæ Magistratui amolienda, in quâ majus ipsi discrimen est,
quam in vitiis ipsis. *Lipsius* omnem in genere Magistratum
ac Iudicem ita compellat: *Fuge hoc, scilicet odiû, aut regnum
te fugit, imo vita. Quomodo autem? Si ea fugies, quibus id para-
tur, primum vitia, deinde & vitiorum opinionem.* Jam verò
provocatio à Judice terrestri ad divinum iudicium statò die
ac horâ constituendum, auctoritatem Magistratus cum scan-
dalo proculcat, animos subditorum adversus ius dicentes ex-
citat & communem tranquillitatem turbat: hinc ira erga ju-
dicantes, misericordia erga læsos, metus ob mala sequutura
plurima, odium denique, certissima imperii pestis. Ergo
provocatio hæc in se illicita est ac minimè toleranda.

III.

Si provocantes ad iudicium divinum, rationem ejus
quod judicatum est vel plane non, vel non sine difficultate
penetrare possunt, sequitur quod malè & illicitè super iniqui-
tate sententiæ provocant, Atqui litigantes seu provocantes
vel plane non, vel non sine difficultate rationem ejus quod
judicatum est, penetrare possunt. Ergo, &c. Minor probatur
verbis Rever. Theologi, *Guilh. Amesii lib. 5. de consc. cap. 25. num.
15. Subditi ex singulari reverentiâ debent cavere, ne temerarium
ferant iudicium de Magistratum administratione. Exod. 21. 28.
Eccles.*

(11)

*Eccles. 10. 20. 2. Petr. 2. 10. Iud. 8. Fundamentum huius cautio-
nis est, 1. candor ille qui cum erga omnes debet adhiberi, tum singu-
lariter erga superiores. 2. Difficultas explorandi fontes & causas
negotiorum publicorum. 3. Moderatio illa, quâ leves infirmitates &
offensiones tolerare debemus & communi tranquillitati condonare.*

IV.

Aut certò sciunt litigantes causam suam esse justam, aut
dubitant: Aut indubitatè eam noverunt esse injustam: Si hoc
nefario scelere & plane temerè ad iudicium divinum provo-
cant. Sin illud, possunt provocare ad terrestrem iudicem se-
periozem & non ad iudicium divinum in civilibus etsi senten-
tia lata sit in iudicio appellationis humano supremo, de qua
remedium nullum in terris superest: quia sine injuria non
potest adferri, superiozem iudicem iniquitate Judicis inferio-
ris suam quoque conscientiam contaminare voluisse, cum e-
jusmodi contemptus magistratum ad universam civitatem,
Consiliariorum autem ad Principem redundet.

V.

*Concludimus Ergo hunc appellandi modum in civilibus
nullo iure civili defendi posse. Parth. litig. l. 3. c. 31. Menoch.
2. de arbitr. iudicum quest. 88. num. 17. p. 358. & Jul. Clar. lib. 5.
sentent. §. fin. pract. crim. quest. 88. n. 17. refert. in Senatu Me-
diolanensi duos arbitrarie ideo fuisse punitos, quia provocâ-
runt ad vallum Josaphat; & alter Carlettus ad catenam infa-
mem fuit positus: alter Thomas Mantellus iussus fuit renuncia-
re provocationi & fustigari. In criminalibus verò, eum, qui
ultimo supplicio damnatus est, nec ullum remedium in hu-
manis pro redimenda salute reliquum habet, super innocen-
tia sua ad supremum Christi tribunal aliquando provocare
posse*

B 2



posse; putamus. 1. quia appellatio iure civili huic permiffa. l. 2. l. 29. C. de appellat. l. 2. C. si pend. appell. mors. interv. l. 2. C. quor. appell. non recip. l. 86. §. rei perduellionis l. 6. §. hi autem omnes ff. de injusto rupt. atque irrit. testam. l. 3. §. ult. ff. qui test. fac. poss. ex inveterata, per omnem Germaniam recepta consuetudine ei est adempta uti supra dictum: vide d. R. 1. de anno 1530. §. item als ist & O. C. part. 2. tit. 28. §. Item nachdem auch. Gail. 1. Observ. pract. 1. n. 28. & lib. 1. de pac. publ. cap. ult. in f. num. 36. Carpz. pr. criminal. p. 3. quest. 139. num. 29. Cessat 2. hic difficultas explorandi fontem ejus quod iudicatum est; quia is qui condemnatur ignarus esse non potest, an mortem iuste subire debeat vel non. 3. Incommoda illa quæ in civilibus ex hac provocatione oriuntur in Rempublicam, in criminalibus non possunt, non debent eadem trutinâ æstimari. 4. Licet quoque ex eventu non facile sit iudicandum, nec exempla frequentia provocationis hujus certam quandam suppeditent licentiam, attamen si hæc cum aliis validioribus rationibus concurrant non sunt negligenda, sed potest omnino certi quippiam ex tanta præsertim copia colligi ac determinari. Cum effectu autem provocationes hæc à supremo iudice fuisse receptas, eventu constat multorum casuum de quibus præter superius allegatos auctores vide Ioh. Limn. Addit. lib. 2. l. P. p. m. 830. Petav. in ration. temp. l. 9. c. 4. Baron. Tom. 11. u. Annal. Anno 1509. n. 81. & 82. Ioseph. Marian. l. 15. Annal. Hispan. c. 11. Camerar. Horis subseciv. p. 3. c. 38. p. 130. Ioh. A. Zor. Instit. moral. tom. 1. libr. 3. c. 6. p. 1209. Philipp. Harsdörffer Schauplatz / lust vnd Lehrreicher Geschichte p. 3. p. 251 & part. 8. pag. 155. 256.

VI.

Sed an Judex terrestris hoc casu executionem suspendere



1831 (13) 1831

dere & reum usque ad terminum divino iudicio ab appellan-
 te præfixum in custodia possit ac debeat adservare? R. cen-
 set quidem hoc vir quidam magnus sed pace illius hoc confi-
 lium foris nostris non aptandum: nam Acta à iudice satis sunt
 excussa & probata diligenter explorata, cur tunc in eueret iu-
 dex sibi aut diutius reum detineret: aut adhuc, superest me-
 tus contrarii probabilis quo casu non est condemnandus aut
 ultimo supplicio afficiendus sed *Plinii Præceptum lib. 1. Ep. 18.*
attendendum. Quod dubitas, ne feceris: & illud: Tutius esse de-
cem nocentes, sc. in casibus dubiis, dimittere, quam innocentem
unum condemnare: ne si temerè hic ad mortis supplicium pro-
 cedat iudex, idem experiatur quod apud Westrogothos *Jo-*
hannes Turson, qui cum innocentem quendam capite plecti
 iuberet, Reus genibus innitens, *En, inquit, morior, injustè, teq;*
hac hora voco ante tribunal Dei, ut respondeas, cur me innocentem
condemnes: Vix hic carnificis manu erat obruncatus, iudex
 etiam corruerat exanimis. *Ola. Magn. lib. 14. c. 12.*


REFUTATIO RATIONUM DUBITANDI,

Hic nunc quidem à nobis esset ordine proponenda, sed
 hanc, ne verbosa nimium fiat disputatio, in ipso conflictu pe-
 tenti liberaliter dabimus: sufficiat hic nobis 1. quod bonum
 sæpe ex obiecto, malum sit ex fine, & quod bonum ex utroq;
 malum nonnunquam sit propter solam circumstantiã. 2. Non
 sequitur, homines in constitutione tribunalium humanorũ
 reservarunt omnibus superioribus malè agentibus vindictam
 divinam, ergo subditis eam in despectum iudicantium palam
 provocare & statim in iudicio divino comparandi termi-
 minum præfigere erit licitum. Formula tamen illa nullam
 B 3 incur-

*incurrit reprehensionem: Ich wills Gott befehlen / der wird es
 wollrichten. Nec dictum Joel:3. huc pertinet. Cl. & Rev. Dom.
 Mares. loc. com. 14. th. 58. Nec 4. valet in humanis hæc conse-
 quentia, quicquid ab altero constitutū est, ab eo ad constituentem
 provocare licet. Nec 2. valet hæc propositio; Subditi possunt
 Magistratui resistere in gravissimo atq; certissimo fortunarū sua-
 rum discrimine: Ergo multo magis à sententia eius iniqua ad supre-
 mū Christi tribunal possunt provocare: nam omninò convenit
 subditis excessivam aliquam Majestatis usurpationē tolerare
 potius quam ad vim rebellem temerè proficere, quare tria illis
 dicuntur superesse remedia, deprecatio, fuga, tolerantia. &c. 6.
 Eventus qui provocationē hanc licitam reddere videtur, pro-
 vocationi huic respondens non datur: imò si daretur, movere
 aliquem non debet, quia actiones civiles ex eventu non sunt
 menturandæ, nec in foro civili exemplis sed rationibus ac le-
 gibus iudicandum: & si ejusmodi provocationi eventus per-
 petuo respōderet, non tamē ideo toleranda esset in civilibus,
 quippe quæ proximo malum semper minitetur. |Vide
 Iosoph. Moral. lib. 3. c. 4. num. 28. p. 375. Cunrad. Horn. Phi-
 Et hæc sufficiant,*

**SALVO SEMPER MELIORI RECTIUS
 JUDICANTIUM JUDICIO.**

COROL-



COROLLARIA DN.
RESPONDENTIS.

I.

An res divinæ possint alienari? N.

II.

An actio furti detur ob rem minimam? Aff.

III.

An animal captum, (non tamen vulneratum) in quocunque fundo, etiam invito Domino, fiat occupantis? Aff.

IV.

An ob captam feram bestiam poena capitalis possit imponi? N.

V.

An hodie venatio privatis rectè sit adempta? Aff.

VI.

An res in bello captæ fiant capientium? Aff.

VII.

An actio de tigno juncto etiam adversus bonæ fidei possessorem de tigno non furtivo in duplum competat? Aff.

VIII.

VIII.

An fructus rectè dividantur in naturales & iudustriales? Aff.

IX.

An duella sint licitia? N.

X.

An in legitima defensione expectanda armorum paritas & primus ictus? N.

XI.

An imperii tantum proferendi causa sit bellandum? N.

XII.


An fides data semper sit servanda? Aff.



X 261 5933

W 17





JURIDICA,
in specie desumpta,
que civilibus per rationes
boni decisa.

~~111~~
111
18
1668, 3.

Dr Gottes
und Peinlichen

P. S
DIO.
Clarissimi,

NOLDI
ERMANNI,

ci & Institutionum
ESSORIS
ZC.

3. April. horis solitis
omi subjicit,

Cassellanus Hassus.

TORUM,
WITZII, Acad. Typogr.
KVIII.

9